



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

VI. Die Markgrafen Otto, Conrad und Heinrich verleihen Lagow an die von Klepitz, am 15. April 1299.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

VI. Die Markgrafen Otto, Conrad und Heinrich verlehnen Lagow an die von Klepiz,
am 15. April 1299.

Nos Otto, Conradus et Henricus, dei gratia Brandenburgenses et de Landesberge Marchiones — recognoscimus — quod consiliario nostro dilecto et militi Domino Alberto de Klepiz suisque fratribus Domino Henrico de Klepiz et suis fratribus castrum Lagowe cum mericis, nemoribus, paludibus ceterisque omnibus attinentibus et adjacentibus et omni jure, quod in dicto castro nos personaliter habuimus, ac eciam solitudinem Maltow, quam dominus Buffo de Bareboy habuit et possedit, pro debitis, quibus dicto domino Al. de Klepiz et suis fratribus obligabamur, contulimus perpetuis temporibus in pacis tranquillitate possidendum — Testes huius rei sunt Domini Bodo de Ylborch, Otto de Pouch, Henricus de war denberge, Henricus de Damis, Conradus de Reder, milites — —. Datum et actum wolmerstede, Anno domini M^o. CC^o. XCIX^o., feria quarta post diem palmarum, per manum Henrici de Struceberch, nostre curie capellani.

Wohlbrück I, 401. Buchholz IV, 140.

VII. Markgraf Woldemar vergleicht sich mit denen von Klepzig über die Bede aus ihren
Gütern, am 13. Februar 1312.

Nos Iohannes de vroiden, Ber. schenko, Conradus et albertus, dicti de Clepzek, recognoscimus per presentes, Quod cum magnifico domino nostro, domino woldemaro, marchione brandenburgensi, placitando concordauimus in hunc modum, quod idem dominus noster a data presentium ad tres annos nullam extorquere debet precariam de bonis predictorum conradi et alberti de Clepzek et hiis annis finitis idem dominus noster potest precariam huiusmodi infra tres subsequentes annos pro sexcentis marcis argenti ad suos trahere usus, et si medio tempore iidem de Clepzek duas bonorum suorum villas vendiderint, harum precarie villarum estimatio habebitur et pro modo estimationis tantum eidem domino nostro de sexcentis marcis defalcari debet. Si vero in predictis vltimis tribus annis predictus dominus noster precariam prefatam non redemerit, tunc predicta bona prefati de Clepzek veri pheudi tytulo possidebunt, Adicentes insuper, quod predicta omnia et eorum quodlibet, sicut superius expressum est, Illustri domino Iohanni, marchioni brandenburgensi, domino nostro, si ipse dominus noster Woldemarus ab hac luce medio tempore emigrauerit, quod absit, adimpleri debebunt in qualibet sua parte. Excipimus tamen villam drenzech, que predictorum de Clepzek fore dignoscitur cum omni jure et qualibet libertate, sicut id possunt literali documento docere. Predicta omnia et singula promittimus bona fide debere seruari et adimplere in qualibet sui parte. Dantes predicto domino nostro